Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

eccl(esi)e ianuas n(on) repp(er)isset · accenso lu
mine loca o(mn)ia que sp(em) inueniendi
pollicebant(ur) diligenti studio lustrauit ·
ac quasi n(on) semel quesisse sufficeret ·
rursu(m) eadem geminata inq(ui)sitione
repetiuit. Cu(m)q(ue) hoc sepi(us) faceret · et nich(il)
inueniendo p(ro)ficeret · ad abbatissa(m) que
sororib(us) adhuc q(ui)escentib(us) more solito
uigiliis insistens · nocturne orationis tem
pora p(re)ueniebat p(ro)rexit · et tremens
ad pedes eius p(ro)uoluta est · eiq(ue) cul
pam negligentie sue humili satisfac
tione patefecit. Quod cu(m) illa audis
set · statim intellexit diaboli insidia(n)
tis esse machinatio(n)es · et conuocatis o(mn)ib(us)
nocturnas uigilias ac matutinorum
sollemnia in alia ede compleuit. Quib(us)
peractis p(ro)tinus se una cu(m) eis in orationem
dedit · et antiqui hostis malicia(m) uirtute
sanctarum p(re)cum sine mora detexit. Oran
tibus eni(m) ipsis ante fores oratorii ·
uulpecula ex inp(ro)uiso mortua appa
ruit · in cuius ore claues quas p(er)didisse
dolebat · uniuerse reperte sunt. Tunc uenera
bilis mater sumptis clauib(us) iussit a
perire ianuas · et cu(m) uniuersis sanctimoni
alibus que du(m) fere quingente aderant
eccl(esi)am intrans · omnipotenti deo gr(ati)as red
didit · qui famulas suas in se confiden
tes misericorditer exaudiuit · et malignu(m)
hostem digna confusione deiecit. Ille
eni(m) qui dixit · ponam sedem mea(m) ad a
quilonem et e(ro) s(imilis) a(ltissimo) · p(ro) tumore(m) sup(er)bie
sue bestie assimilatus est · et qui subi
ti deo p(er) humilitate(m) noluit · p(er) humi
les ancillarum dei orationes · in uulpecula
detectus et confusus apparuit. Hec de
uenerabili matre Tecla eiusq(ue) uirtutibus
dicta sufficiant. Nu(n)c ad explicanda
spiritalis filie eius Liobe uirginis gesta

Igitur pri(mum) C s(e)c(un)d(u)m p(ro)positu(m) stil(us) uertat(ur).
Parentes natione angli · gente nobiles
erant · et studiosi ambo in religione
et obseruantia mandatorum dei. Pater enim
Dinno · mater aebba uocabatur. Sed cu(m)
essent steriles et infecundi · diu absq(ue) libe
ris permanserunt. Cu(m) autem p(er)transissent dies
plurimi · et eis iam senib(us) atq(ue) etate
prouectis · spes generande prolis abesset ·
mater eius p(er) somniu(m) uidit · q(ua)si signum
eccl(esi)e quod uulgo clocca(m) uocant in sinu
suo habere · idq(ue) inmissa manu tinnie(n)s
extrahere. Expergefacta itaq(ue) nutricem
sua(m) uocauit · et ei somniu(m) q(uo)d uiderat
reuelauit. Cui illa p(ro)phetico sp(irit)u inq(ui)t.
Adhuc ex utero tuo uidebim(us) filiam
qua(m) ut d(omi)no n(un)c uoueas oportet. Et si
cut anna Samuel o(mn)ibus dieb(us) suis in
templo deo seruiturum optulit · ita hanc
ab infancia sacris l(itte)ris erudita(m) in s(an)cta
uirginitate qua(m) diu uixerit illi seruire
concedas. Quod cu(m) uouisset mulier ·
post n(on) multos dies concepit et peperit
filia(m) · qua(m) uocauit trutgeba cogno
mento Lioba eo q(uo)d esset dilecta. Hoc
eni(m) latine cognominis hui(us) int(er)p(re)tatio sonat.
Adultamq(ue) deo consecrauit · et sup(ra)dicte
matri Tecle diuinis studiis inbuenda(m)
tradidit. Nutricem u(ero) sua(m) p(ro) eo q(uo)d
tanta sibi gaudia futura p(re)dixerit libera(m)

Creuit igit(ur) puella C(apitulum) ferit ·
et tanta abbatisse cunctaru(m)q(ue) sororu(m) cura
erudiebat(ur) · ut nichil aliud p(re)t(er) monaste
rium et celestis discipline studia cog
nosceret. Non iocis delectabat(ur) inepti(s) ·
nec uagi pulsa est inanib(us) iuuencula
rum fabulis · sed Christi desiderio flagrans
ad legendu(m) u(e)l audiendu(m) uerbu(m) dei a
nimu(m) semp(er) habebat intentu(m) · et audi
ta uel lecta memorie commendabat.